

ASDBg, Fondo della Curia Vescovile, Visite Pastorali, vol. 1: Visita del Vescovo P. Lippomano alla parrocchia di Romano di Lombardia del 1520.

[c. 14v] Rumano

Die sabati decimo nono mensis maii 1520 prefatus Reverendus dominus Electus | Bergomensis, una cum prefato Reverendo domino Archiepiscopo et eius Vicario, | visitavit ecclesiam parochialem Sanctorum Marie et Jacobi de | Rumano diocesis Bergomensis et sacrastiam eiusdem ecclesie et | vidit paramenta, calices, crucem et alia cultui divino | necessaria et locum ubi reconditur Sacratissimum Corpus Christi | cum lampade continue accensa die noctuque et fontem | baptismalem et vidit quod ipsa ecclesia est optime ornata | et munita secundum conditionem loci et ipsos calices et patenas | ac corporalia et purificatores mundos esse et omnia bene | ordinata. |

Et primo quidem interrogavit ser Antoninum de Rumano syndicum ecclesie | prefate circa regimen ecclesie si bene et diligenter regitur et | gubernatur et circa conditionem et personam rectoris et capelani et | aliorum presbiterorum servientium ipsi ecclesie et si deficit in ministrando | sacramenta ecclesie parochianis subditis et circa missarum et | aliorum divinarum celebrationem et si quid indebite ab ipsis | subditis recipit et si scit aliquos usurarios in ipsa terra | vel concubenarios publicos et si sunt aliqui qui indebite | retineant legata aut iudicaria et circa dispensationem | bonorum et intratarum Misericordie, respondit quod omnia recte | gubernantur et dispensantur et de predictis sibi requisitis | dixit nihil scire salvo dixit: “Li nostri sacerdoti sono personi | da ben et de bona fama et condition et atendeno ben | al culto divino et al ministrar di sacramenti”. |

Item etiam interrogavit dominum Franciscum Prandini de Caprironibus cancelarium | spectabilis communitatis Rumani circa premissa, respondit prout supra et quod | nescit aliquos detinere indebite bona aliqua ecclesie prefate nec | aliquarum aliarum ecclesiarum seu etiam decimas. Item dixit extare || [c. 15r] quoddam legatum alias factum pauperibus dicti loci per quendam dominum Domenginum | de Robatis de quampluribus somis frumenti. Item moneantur omnes notarii | habentes de huiusmodi legatis ut portent in scriptis notam ipsorum legatorum. | Item dixit quendam presbiterum Angelum qui obtinet capellam Sancte Trinitatis esse | admonendum qui insufficiens et sine litteris est. |

Item interrogatus fuit circa bullas quas asserit habere pro jure patronatus ecclesie predictae¹, respondit | habere ipsas bullas Venetiis apud Illustrissimum Ducalem dominium² et non posse eas | pro nunc ostendere et quod etiam prefatum Illustrissimum Dominium habet jus eligendi una | cum ipsa

¹ ecclesie predictae: *inserito nell'interrigo superiore*

² *Segue, depennato V*

comunitate Rumani quia successit in locum illustrissimi domini Bartolomei | Coleoni et in ipsa terra Rumani aderat Potestas Magnificus dominus Hieronimus Bonus. |

Die dicto in mane prefatus Reverendus dominus Ellectus, Gabriel Archiepiscopus | Dariensis, in presentia et de licentia prefati Reverendi domini Ellecti, in | pontificalibus revestitus et cum omnibus solemnitatibus debitis | et a jure requisitis, in Dei domine consecravit altare | maius³ positum in prefata ecclesia sub vocabulo et nomine | Sancti Bernardi et in eo posite sunt reliquie sanctorum Pancratii | et Joannis episcopi et martiris. Actum in prefata ecclesia Sanctorum | Marie et Jacobi presentibus testibus et domino presbitero Bartolomeo de | Tertio et domino Martiale de Vegis testibus notis etc. de quibus | rogatus instrumentum confeci ego notarius infrascriptus. |

Qui prefatus Reverendus dominus Ellectus, videns quod predicti presbiteri et capelani non | habent aliquid corrigendum aut emendandum non curavit ulterius | aliquos alios examinare; postea decrevit solemnizari debere | diem festi Sancti Bernardi sub cuius titulo et nomine altare ipsum | fuit consecratum. Insuper etiam prefati Reverendi dominus Ellectus Bergomas et | Archiepiscopus concesserunt dies quadraginta indulgentie⁴ pro quoque | eorum quibuscumque visitantibus ipsum altare et quotiens id fecerint | et orationem dominicam dixerint. |

Postea ordinatum fuit per ipsos homines de Rumano de simul | colloquium habendo et consilium fatiando circa solutionem cere. | Pretera prefatus Reverendus dominus Archiepiscopus, de licentia et in presentia prefati Reverendi | domini Ellecti, in prefata ecclesia sacrum confirmationis sacramentum ministravit et publice tenuit. ||

[c. 15v] Postremo vero in prefata ecclesia contulit prefatus Reverendus dominus Gabriel Archiepiscopus, | de licentia ut supra, primam clericalem tonsuram Truselmo filio Jacobi | de Trusellis de Rumano et Fabio filio spectabilis artium et | medicine doctoris domini magistri Antonij de Caprironibus, in presentia domini presbiteri Bartolomei de Tertio et domini Marcialis de Vegis testium idoneorum etc. et facte fuerunt bulle in forma etc.

Trascrizione di Sandro Buzzetti.

³ *Segue, depennato sc*

⁴ *Segue, depennato quibus*